



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dispvtaones Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Dispvttatio XLV. De Homine Theologicè considerato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

rum testimonia congerit Eugubinus lib. 8. de perenni Philosophia. Verba Gregorii Nyss. lib. 4. hæc sunt: *Verus sermo ad nos usque descendit, quæ creditur, postquam in peccatum natura nostra lapsa est, non omnino a clementia diuina esse neglectam, neque absque patrocinio dimissam: sed Angelorum qui naturam incorporati sunt, aliquem in admini. ulum cuique constitutum fuisse. Naturæque nostræ corruptorem, in omnibus contra ammentem, prauum aliquem atque maleficam Dæmona, ad male viuendum homines impellentem, ad singulos testasse.*

89.
Causa hu-
ius subor-
dinationis.

Porro illa subordinatio politica cæterorum Dæmonum ad vnum Principem, non est tantum ratione naturæ, vel peccati. Quia neque sola naturæ perfectio, neque sola culpa, eius licet suggestionem & sollicitationem, commissa, dedit illi iurisdictionem, siue potestatem

molestem & politicam, super alios Angelos petcentes. Neque etiam Deus fuit specialis causa illius subordinationis ad malum ordinata ex intentione & voluntate Dæmonum. Sed fuit opus consensu ipsorum, qui, ut facilius magis nocerent hominibus, & odium suum contra Deum & homines exercerent, consenserunt in vnum eligendum, cui se sponte submitterent, & a quo cætera ministeria & munia distibuerentur. Sicut latrones & sicarii conueniunt interdum in aliquam societatem, & vnum quempiam in Ducem eligunt, cui cæteri pareant, ad melius latrocinandum. Cur autem Dæmones Beelzebub seu Luciferum elegerint, potius, quam alium, causam fuisse puto maiorem illius perfectionem naturalem præ omnibus, propter quam facilius in illum consenserunt. Et hæc tenus de Angelis.

DISPUTATIO

QUADRAGESIMA QUINTA,

De Homine Theologicè considerato.

- Sectio I. De creatione hominis, & statu innocentia.
- Sectio II. De lapsu hominis, & pena, & spe reparationis.
- Sectio III. Qualis fuisset hominum status, si primi Parentes non peccassent?



DE materia proposita fuissimè tractat S. Thomas quæ 91. & duodecim sequentibus. In quibus disputat primò de productione corporis primi hominis. Secundo de productione mulieris. Tertio, quomodo fuerit homo factus ad imaginem & similitudinem Dei? Quarto, de statu, & conditione primi hominis quantum ad intellectum. Quinto de his quæ pertinebant ad illius voluntatem, gratia scilicet & iustitia. Sexto, de dominio in res alias, quod homini competebar in statu innocentia. Septimo, de his quæ pertinebant ad statum primi hominis quoad indiuidui conseruationem. Octauò, de pertinentibus ad conseruationem speciei in eodem statu. Nono, de conditione prolis tunc generatae quoad corpus. Decimo, de conditione eiusdem prolis quoad iustitiam originalem. Undecimo, de conditione eiusdem quantum ad scientiam. Duodecimo, & ultimo, de loco habitacionis hominis in illo statu, qui erat Paradisus. Quæ omnia, quia maxima ex parte sunt in textu D. Thomæ satis perspicua, poterunt breuiter tribus sequentibus sectionibus expediti.

Tomus I.

A A a a

SECTIO I.

De Creatione Hominis, & statu innocentie.

I. Ade prim. hōminis productio.

Nazianz.

Nyssen.

ONSTAT ex Gen. 1. v. 26. Deum mundo corporeo iam condito & ornato, sexto die e principio creationis hominem condidisse, & velut in eleganter constructo & preparato domicilio, Regem & caput mundi corpore induxisse, propter quod scilicet reliqua corporea condita. Prius enim construendum erat palatium, & postea Rex introduendus, ut ait Nazianz. orat. 43. Neque decuerat prius existeri Principem, quam illa, quorum principatum regerat: sed ubi cuncta e subicienda parata sunt, iam consensu erant apparetur rectorem, inquit Gregor. Nyssen. lib. de creatione hominis, cap. 2.

D. Thom.

Constat secundo ex cap. 2. Genes. v. 7. primum hominem de limbo terra productum fuisse: id est, ex terra & aqua permixtis: concurrentibus tamen aliis duobus elementis, igne & aere, quae non excluduntur, cum a posteriori seu maiore parte & elemento predominanti denominatio fit. Ut omniam quod ait D. Thom. q. 91. art. 1. ad 4. Moysen non meminisse expressit in mundi creatione, ignis elementaris, & aeris, qui sensu non percipiuntur, ut crassa Iudaeorum, quibus scribebat, intelligentia se accommodaret. Probabiliter autem illa productio corporis Ade de limbo terra facta est in instanti, sicut productio piscium & volatilibus ex aqua, & ceterorum animalium e terra, quae omnia Deus produxit per absolute imperium efficacis suae voluntatis, ut lucem, caelos & elementa. Qui modus producendi, nec sit alio modo naturali, est tamen valde conveniens primae terrae productioni a potestissimo creatore suo. Unde collige productum illam fuisse opus Dei solius, ita ut Angeli nulli modo cooperati fuerint formationi corporis Ade factae in instanti. Cuius etiam formationem perfectam & organizationemque successivam quidem, poterant naturaliter assequi, ut ostendimus disp. 42. de potentia Angelorum.

Eae formatio.

Tertio, liquet etiam ex Ade dormiente costa productam fuisse eodem sexto mundi die. Ut habetur pariter ex Gen. 1. v. 27. vbi dicitur: Deus sexto die creasse hominem ad imaginem & similitudinem suam, & masculinum & feminam creasse illos: pariter & Genes. 2. v. 21. & sequentibus, ubi distinctius narratur Euae formatio ex Adamo. Quae narratio, velut historica, debet in sensu literali accipi, quae ac si supra dicta de formatione Adami, & aliarum rerum productione: ita ut vete producti fuerint successivam Adami prius, tum Euae ex eius costa, prout huius refertur a Moysen. Sicque omnino debere ipsam intelligi supponit Ecclesiasticus cap. 1. cum sic ait v. 1. Deus de terra creavit hominem, & secundum suam imaginem fecit eum. Vbi per hominem intelligit solum Adam, tum de Eua

addit v. 5. Creavit ex ipso adiutor, ium sibi: sibi Et Paulus 1. Cor. 11. cum ait: Non ver ex muliere, sed mulier ex viro. Et 1. Timoth. 2. Adm primus formatus est, deinde Eua. Quare male Caetera in cap. Genes. citat, asserit Adamum & Eua simul & eodem instanti creatos, contra expressa Scripturae verba iam citata. Quibus adde illud Sap. 10. v. 1. Primus Adam formatus est a Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus. Quomodo solus, si Eua simul cum illo creata est? Et Genes. 2. v. 20. Ade vero non inveniebatur adiutor similis eius: Quia nimirum Eua nondum erat formata, Et v. 18. Non est bonum esse hominem solum: factus est adiutorium simile sibi. Nec videtur quod dicitur Gen. 1. v. 7. Masculinum & feminam creavit eos. Neque enim ibi asseritur, quod simul eos creaverit: sed tantum quod sexto die.

Male quoque, & contra unanimem consensum Patrum & Catholicorum, simpliciter Moysis narrationem de formatione Euae costa Adae dormientis explicare conatur metaphorice, & per quandam parabolam, quae defectus mulieris comparatione vitae, & diminutio roboris ex corpore viri propter vororem, significata fuerit: ea praecipue ratione inductus, quod Adam ante vel post Euae productionem monstruosus fuisse dicitur, excessus vel defectus vitae costa. Excelsus, si habuit ante plures vna, quam ceteri homines. Defectus, si non habuit ante plures, & vnam in Euae creatione amisit. Ad quod dupliciter responderi potest. Primo ex D. Thom. q. 92. art. 3. 2. Adamum ante plures vna habuisse, neque propterea monstruosum fuisse per excessum, quia costa illa fuit de perfectione Adae, non prout erat individuum particulare, sed prout erat principium speciei: sicut semen est de perfectione generantis a quo deciditur. Secundo, Adamum ante non plures costas habuisse, neque postea pauciores: quia Deus loco ablata aliam restituit. Scriptura tamen Genes. 2. v. 21. ait potius Deum replevisse carnem pro costa ablata: id est, ut vertit Chaldaeus Paraphrastes, posuisse carnem pro ea: vasa ubi rechoroki; id est, quae non costam, sed carnem substituisse costa loco. Quare prior responsio magis placet.

Eueritne Adam monstruosus ante formationem Euae ex eius costa vel post? D. Thom.

Contra quam tamen opponit Petrus in disp. de format. hominis q. 6. lib. 4. in Gen. ex ea sequi saltem Adamum vna particularem hominem fuisse monstruosum excessu illius costa. Item si fuisset creatus biceps aut tripes, ut ex vno eius capite vel pede formaretur Eua; non defuisset esse monstruosus. Tertio male costa ista comparatur cum semine, quod naturaliter formatur, & tendit naturaliter ad generationem, id est, formatur in eum finem a natura. At costa solum moraliter ex Dei intentione ordinabatur ad formationem Euae.

Solutio obiectio.

Ad primum Respondeo, excessum illum occultum & carentem deformitate apparenti non esse vocandum monstruosum, iuxta vulgarem modum loquendi: quamvis in rigore philosophico fuerit excessus naturalis

MARTINUS
NEUS
LIB. I. DE
D. VI.

numeri partium corporis humani. Adde motum deprimi peccatum naturae aberrantis a fine, id est peccantis per excessum aut defectum in sua operatione. At hic excessus fuit opus exitus sapientiae Dei. Ad secundum, nego paritatem propter apparentem difformitatem duplicis capitis, vel pedis triplicis. Ad tertium, nego propterea non valere illam comparationem ad explicandum costam illam non fuisse superfluum Adamo, considerata ut capiti totius generis humani, ex illa formado in Eva matre reliquorum hominum, quae idcirco nomen Eve, id est, matris viventium accepit.

Porro non tantum costam, sed & carnem ex Adamo sumptam fuisse ad Euae productionem intelligi potest ex verbis Adam sequentibus v. 23. Hoc nunc os ex osibus meis, & caro de carne mea. Ad maiori materia opus fuisse ad producendam Euvam in statu perfecto & solido, qualem natura humana postulat. Ideoque Deum vel aliam materiam de novo creasse & addidisse, videtur D. Thom. qu. 92.

D. Thom. art. 2. ad r. vel potius conversione vicinioris & terrae, & aliorum elementorum aut mixtorum, usum fuisse, licet denominatio a prima parte, & principali secundum Dei intentionem, sumpta sit. Cur autem costam ad adhibuerit Deus ad Euae productionem, vide apud D. Thom. art. cit. in corp. Nempe ut Adam speciali praerogativa esset principium totius suae speciei, sicut Deus est principium totius universi. Secundo, ut vir magis diligere mulierem, eique inseparabilis adhereret, quam cognosceret illam se esse productam. Unde etiam communiter creditur costam illa desumpta de latere sinistro, in qua inclinat cor. Tercio, ut ostenderet mulierem sociam & collateralem esse viri, non servam: at neque etiam dominam, sed viro capite suo inferiorem, eique subditam. Quarto, ad designandum mystice, quod Ecclesia sinit a Christo principium. Unde Apostolus Eph. 5. vers. 32. sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclesia. Somnus autem ille Adams pertinebat vel ad vitam horrorem & dolorem in ablacione costae, quamquam id Deus vitare aliter poterat. Vel & praecipue ad designandam coniunctionem Christi & Ecclesiae: atque a latere Christi, dormientis in cruce somnum mortis, naturam Ecclesiam, id est, a Christo per mortem merita sua omnia consummante. Vel etiam ad praesignandum fluxum mirabilem sanguinis & aquae ex latere eiusdem perfosso, quae prima & praecipua Ecclesiae sacramenta designant, Baptismum & Eucharistiam.

Cur Eua ex Adam costam sit formata? Cur autem costam ad adhibuerit Deus ad Euae productionem, vide apud D. Thom. art. cit. in corp. Nempe ut Adam speciali praerogativa esset principium totius suae speciei, sicut Deus est principium totius universi. Secundo, ut vir magis diligere mulierem, eique inseparabilis adhereret, quam cognosceret illam se esse productam. Unde etiam communiter creditur costam illa desumpta de latere sinistro, in qua inclinat cor. Tercio, ut ostenderet mulierem sociam & collateralem esse viri, non servam: at neque etiam dominam, sed viro capite suo inferiorem, eique subditam. Quarto, ad designandum mystice, quod Ecclesia sinit a Christo principium. Unde Apostolus Eph. 5. vers. 32. sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclesia. Somnus autem ille Adams pertinebat vel ad vitam horrorem & dolorem in ablacione costae, quamquam id Deus vitare aliter poterat. Vel & praecipue ad designandam coniunctionem Christi & Ecclesiae: atque a latere Christi, dormientis in cruce somnum mortis, naturam Ecclesiam, id est, a Christo per mortem merita sua omnia consummante. Vel etiam ad praesignandum fluxum mirabilem sanguinis & aquae ex latere eiusdem perfosso, quae prima & praecipua Ecclesiae sacramenta designant, Baptismum & Eucharistiam.

Ille autem somnus Adams, licet verus (Scriptura enim verba, quoad fieri potest, in proprio & literalis sensu accipienda sunt) vocatur autem somnus (sopor & dormitio, Hebraice *ardema*; id est somnus valde gravis & profundus, Genes. 2. v. 21.) Ille, inquam, somnus licet verus, non fuit tamen pure somnus quo ligamur sensus, & impediuntur actiones mentis, sed ecstaticus ex parte: cum Adam divinitus illustratus intellexerit non modò quid

fieret, sed & quò referretur; nempe non tantum ad coniunctionem maritalem, sed & ad magnum illud mysterium coniunctionis Christi & Ecclesiae, per coniugium figuratum: iuxta Paulum ad Ephes. 5. v. 31. & 32. iuncta expositione Augustini, Hieronymi, Epiphani, Tertulliani, Leonis Papae, aliorumque Patrum, quae haec Adams verba: Hoc nunc os ex osibus meis, &c. eo sensu statim post fornum ad primam Euae conspectum prolata affirmant. Faut etiam versio Septuaginta Interpretum, quae dano eccliam adiungit dicens: *Et facta est terra Adam, & caro eius.* Id est, *Et simul est Deus eccliam Adam, & dormitum.*

Quod autem diximus huc usque de productione Adams ex limo terrae, & Euae ex eius costae: de productione corporis utriusque intelligendum est. Anima enim non ex aliquo per conversionem facta, sed à Deo creata fuit immediate ex nihilo: non quidem simili cum Angelis, & ante corpus, ut sensisse videtur D. Augustin. lib. 7. de Genesi ad lit. cap. 24. sed potius, ut de reliquis affirmat idem Augustinus, formato iam corpore organico, creata fuit infusa, & infundendo creata. Idcirco natura animae rationalis, utpote forma naturali corporis, convenientius est: ut nimirum in statu perfecto, & magis conaturali fuerit producta, qualis est status formae informantis. Male autem ex eo quod dicitur Genes. 2. v. 7. Deum in faciem Adams de limo terrae formati inspirasse spiraculum vitae, & inde factum esse in animam viventem, collegerunt Manichaei & Priscilliani, & animam Adams de substantia Dei fuisse productam & emissam. Haec enim verba nihil aliud sonant, quam Deum animam à se productam corpore infudisse. Et divina substantia nec potuit esse in se, ex quo anima educeretur, nec totum à quo vellet pars divideretur: utrumque enim imperfectionem Deo repugnantem inuoluit. Male item Tertul. & alii quidam ex transfusione peccati originalis in postereros, collegerunt animas posterorum ex traduce fieri debere. Na ad peccatum originale contumeliam sufficit posterorum a naturali generationis descendere secundum corpus Adams, in quo omnia peccata sunt, ut in capite totius humani generis, personam omnium posterorum sustinet. A quo peccaturus in postereros velut in membra operaturalem propagationem, moralis quidam & habitualis modo participatum transfunditur, ut explicabimus in tract. de peccatis.

Quarto, quoad locum, in quo producti primi parentis, existit, videtur D. Thom. qu. 102. art. 4. Adam non exeat paradysum fuisse productum: ut colligitur ex Genes. 2. vers. 13. Tulit ergo Dominus Deus Adam, & posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur & custodiret illum. Sive sit campo Damasceno productus fuerit, & inde in paradysum translatus, ut est communior sententia, sive alibi. Idcirco autem extra Paradysum conditus fuit, inquit D. Thom. art. cit. ut intelli-

Animae primae parentum à solo Deo creatae sunt.

August.

10. D. Thom. Vbi producti si primi parentis.



geret locum illi, voluptatis plenissime, non sibi debent naturaliter fuisse: sed ex gratia concessum. De Eva vero, probabile est in Paradiso ipso fuisse conditam, propter ea quae narrantur de ipsius productione post inductionem Adae in Paradisum voluptatis, Gen. 2. v. 8. ad 25. Et quamuis non sit necessarium narrari omnia a Moyse eodem ordine quae gesta sunt: ordinem tamen narrationis, quoad fieri potest, instanter exstimo. Producatum protulit Adamo dormienti inquit v. 22. cum dicitur: Et adduxit eum ad Adam, &c.

11.
Fuerunt creaturae in iustitia supernaturale cum scientia & aliis donis.

Tident

Peter.

12.
Occurrunt objectiones

Quintò, eosdem primos parentes & naturaliter factos, & eximiam scientiam & virtutum naturalium ac supernaturalium, & gratiasque donis ornatos in creatione fuisse, docet Scriptura Ecclesiasticis 7. v. 30. Deus fecit hominem rectum. Et Ecclesiastici 1. 7. v. 5. & 6. Disciplina intellectus repleuit illos: creauit illis scientiam spiritus sensu impleuit cor illorum. Et ad Ephet. 4. v. 24. Renouamini spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis, id est, vere. Quibus verbis, iuxta communem interpretationem, significat Apostolus per Christi merita renouari nos ad eam iustitiam & sanctitatem supernaturalem in qua initio fuimus in Adamo. Tident, quoque sess. 5. in decreto de peccato Originali can. 1. sic habet: Signis non conuenit primum hominem cum mandatum Domini in Paradiso fuisse transgressus, statim sanctitatem & iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, & c. anathema sit. Et quamuis particula illa, constitutus, in rigore non significet Adamum in ipso principio sanctitatem & iustitiam accepisse, aliaque testimonia citata alium sensum recipere possunt: nunquam tamen alias ante lapsum recepisse Scriptura significat, & Patres sic communiter Scriptura interpretantur, ut videre est apud Perer. lib. 5. in Gen. in disp. de secunda excellentia status innocentiae qu. 2. Neque potest cum tandem, post lapsum in istam, certum tempus iustificationis illius designari: & in primo instanti nullae est pecunata ratio repugnantiae.

Neque enim obest, quod post decepti fuerint (si tamen Adam quoque deceptus fuit) à serpente boni & mali scientiam promittente: quodque à lege Dei desierint. Etenim scientia naturalis, non fuit maior illis infusa, quam possunt homines naturalibus viribus acquirere. Illa vero non est tanta, ut omnem deceptionem & errorem excludat. Quod si in statu innocentiae deceptio & error esse non poterat, ut neque corporis agredientes, aliaque miseriae: id non erat vi scientiae solius: sed partim etiam vi legalis praerogationis diuinae, quae destitit, & uerum temere & curiose inuestigantes, & voluptarie causam erroris praebentes. Sicut enim libere potuerunt peccare per malum affectum voluntatis, in quaunque materialitate, & per errorem culpabilem, saltemque iudicium. Itaque primi parentes non habuerunt scientiam tam perfectam, ut in nullo possent decipi. Neque etiam quantum illis daemones falso promisit dicens,

Eritis sicut Discipulos bonum & malum. Gen. 3. v. 5. Apertio uero, oculorum: ubi dicitur v. 7. significat notitiam experientialem de rebellione carnis, quam antea nondum aperti erant. Status autem gratiae, & scientiae, ac uerum iudicium ac uerle de rebus, non excludit peccandi potestatem: cum nihilominus uoluntas libera sit, ut dictamen legis diuinae, & rationis recte sequatur, aut non sequatur. Idemque dico de habitibus virtutum, siue naturalibus, siue supernaturalibus; qui si mihi non excludunt libertatem peccandi.

Duplex autem scientia generatur, seu originio habitualis, primis parentibus infusa fuit. Vna naturalis, per habitus & species naturales, quales scilicet experientia vel disciplina & industria humana acquiri solent. De qua scientia Hugo Victorin. lib. 1. de sac. am. parte 6. cap. 13. Rerum, inquit, omnium uisibilem, quae cum homine, & propter hominem facta erant, per festam cognitionem hominem accepisse nulli dubium esse debet. Quamquam uidebat uerba ad animae eruditionem, uel ad corporis usus necessitatem pertinere uidebatur. Ad hoc, uel ad totius mundi regimen & prudentem gubernationem, & quantum possunt homines ingenij sui uirtute naturaliter sequi. Altera est supernaturalis, circa finem supernaturalem, & media, aliaque mysteria fidei. Cum enim primi parentes crearentur ad finem supernaturalem, ad quem propriis dispositionibus & meritis, diuina gratia praesenti & adiuti peruenirent: necesse fuit ut haberent notitiam supernaturalem huiusmodi finis, & media, & necessaria. Neque uero solum habitum fuerat, aliaque supernaturalem uirtutum habuerunt in instanti suae creationis, sed etiam actus, concurrentes ad primam iustificationem per proprios actus liberos, natura prauios per modum dispositionis, ut docent communiter Theologi cum D. Thom. qu. 95. art. 1. praecipue ad 5. & suaderi potest ex eo quod primi parentes perfecti animo & ratione creati sunt in statu adultorum: eoque instanti potuerunt habere omnia necessaria ad huiusmodi actus exercendos. Aliunde uero modus ille iustificationis secundum proprios actus perfectior est, & conuenientior statui adultorum: qui, cum liberi sint, liberi sunt ad statum illum supernaturalem adducendi.

Quod uero attinet ad iustitiam originale, in qua iudem creati, haec praeter habitus in iustificatione infusos, & auxilia uel dona sanctitatem & gratiam comitantia, continebat alia multa diuina beneficia ad mentem & ad corpus pertinentia. Neque enim erat simplex qualitas, uel unus habitus peculiaris: sed collectio plurium habituum & beneficiorum Dei, complectens gratiam, uirtutes, & dona adiuncta gratiae, & uirtutibus supernaturalibus, uirtutesque tam intellectus, quam uoluntatis, quae natura uiribus acquiri possunt, & per accidens illis infusa fuerunt, praecipue Adamo totius generis humani capiti & rectori. Quod Sapiens significat uerbis illis supra relatis, Creauit illis scientiam spiritus, sensu impleuit cor.

13.
Duplex scientia fuit illis infusa: naturalis, & supernaturalis. Hugo v. 13.

D. Thom.

14.
Agnitio originalis

MARTINI
NEUS
LIB. I. DE
D. V. I.

Illorum. Eiusque scientia specimen Adamus exhibuit, quando singulis animalibus statim nomina vniuersaque propria, & natura ipsius conuenientia imposuit, Genes. 2. v. 19. Complectebatur praeerea optimas corporis qualitates & dispositiones, Dei que auxilia & prouidentiam specialem, quibus rationi subderetur, & à dolore, nocumento, corruptione & mortem tendente, atque à morte ipsa praeferuaretur. Et vno verbo multa partim intrinseca, partim extrinseca Dei beneficia, quae iustitiam perfectam, id est, rectitudinem integram totius hominis, tam secundum corpus, quam secundum animam constituerent. De qua Sapiens ait Ecclesiasticus 7. v. 30. Deum creasse hominem rectum, id est, rectitudinem can. 1. affirmat Adamum, sanctitatem & iustitiam amittendo, secundum corpus & animam in deterius fuisse mutatum. Significans illam iustitiam corpus & animam pericisse & rectificasse.

D. Thom. Rectitudo iustitiae orig. in tribus consistebat.

Tota verò rectitudo illius iustitiae in tribus praecipue consistebat, vnde docet S. Thom. qu. 95. art. 1. videlicet in debita subordinatione animae ad Deum, quae est per intellectum & voluntatem, & consequenter per dona vel habitus, quibus illa potentia recte disponitur in ordine ad Deum. Secundo, in debita subordinatione partis inferioris ad superiorem: id est, phantasiam ad intellectum, & appetitum sensuum ad voluntatem: per quam consistebat, vt in his inferioribus potentiis nulla ratio disconueniens homini esse posset, quamuis ratio in perfecta subiectione ad Deum perseveraret. Tertio denique, in debita subordinatione corporis ad animam quoad indolentiam, impassibilitatem, & immortalitatem. Sicque perfectè corpus animae subderetur, anima rationi, ratio Deo.

SECTIO II.

De lapsu hominis, & panna, & speyeparationis.

16. Tentatio serpentis, qualis fuerit?

Lapsus primi hominis, & occasio ac species peccati describitur Genes. 3. initio. Circa quam narrationem Nota primo serpentem illum, à quo cepit tentatio, fuisse verum serpentem à demone assumptum. Propter illud v. 7. *Serpens callidior erat cunctis animalibus terrae, quae fecerat Dominus Deus.* Quae comparatio inepta foret, nisi de vero serpente sermo esset, eiusdemque generis cum caeteris animalibus terrestribus. Nam in ser demone & brutas animantes non fieret apta comparatio.

17. Fuit externum & sensibile.

Nota secundo, colloquium serpentis & Euae fuisse externum & sensibile. Tum quia verba Scripturae cap. cit. hoc praeseferunt. Verba autem Scripturae, praecipue in narratione historica, sumi debent, quoad fieri potest, in propria & simplici & natua significatione. Tum etiam quia, vt rectè docet Suar. lib. 4. de opere sex dierum cap. 1. nu. 7. In statu illo innocentiae & iustitiae originalis probabilis est non licuisse demoni sensum

internum aut appetitum immediate excitare. Quia non tantum motus concupiscentiae: sed etiam motus phantasiae praeternaturali modo à demone immisus, erat non solum contra decensiam & dignitatem, sed etiam contra rectitudinem illius status. Neque par est ratio de morione ab obiectis materialibus, mediantibus sensibus externis or sinario & naturali modo: quo etiam pacto Christus à demone tentari potuit Matth. 4. Nam in externa locutione aut suggestione, sola exterior creatura proxime immutatur à demone, vnde postea sequitur, vt sensus hominis à voce exteriori formata, vel ab alio sensibili obiecto, naturali & ordinario modo excitetur. Valde autem extrinsecum & accipiendum est, quod illud obiectum externum virtute & industria demonis formatum fuerit. Quia inde nullus naturalis ordo in ipso homine, vel in eius potentiis, inuertitur. Quomodo scilicet esset, si motio phantasiae merè interiori fieret virtute demonis. Et si enim non posset immediate & per se imprimere species phantasiae, factis magna subiectio, & imperfectio hominis fuisset, si potuisset demon interiori mouere humores & spiritus animales in corpore hominis existentes, atque illo modo interiores eius potentias excitare. Quare hic modus tam imperfectus & praeternaturalis, nec Christum Dominum, nec statum illum innocentiae tam perfectum decebat.

Neque obest quod alibi in Scriptura demon vocatur *Serpens & draco*, citra assumptionem serpentis aut draconis, vt opponit Caietan. in cap. 3. Gen. Alia enim est ratio simplicis narrationis historicae: alia visionis imaginariae, vel narrationis propheticae, quales illa à Caietano obiecta Apoc. 12. Et Isa. 27. Vt omittam probabilis esse quod etiam tunc in forma draconis imaginariae visus fuerit, Apoc. 12. Quodque tum ibi, tum Isa. 27. & alibi scriptum, *draco vocatur serpens*, respectu ad istam sententiam per orationem parentum in corpore serpentis assumpto, vnde serpentis nomen impostum relinquit.

Porro Eua ad conspectum serpentis non cohorruit. Quia sciebat id genus animantes nocere sibi non posse in statu innocentiae. Imò perfecte sibi subiectus esse. Addit Petrus lib. 6. in Genes. d. 4. q. 2. serpentem illum formosum & gratum aspectu fuisse, qualis Scytale apud Solinum cap. 30. admirationi sui detinens stupentes. Qualescunque autem serpens ille fuerit, non difficile fuit demoni eo ad loquendam vt. Certè longe facilius, quam vt saxis & idolis, quibus tamen locutum esse omnium veterum Historicorum testimonio notum est.

Ad eius locutionem non obstupuit Eua: quia sciebat esse Angelos & spiritus incorporeos, quorum aliquem per serpentem sibi loqui existimare possit. Et illa, tamen forma non bonum esse spiritum suspicari facile poterat. Ideoque Deus illam potius, quam adam ad accipiendum aptiorem, sibi permiserat. Nam vt rectè D. Augustinus lib. Augustinus

Cur Eua non cohorruit, aut obstupuit ad serpentis aspectum & loquelam?

20.

Augustinus

II. de Genes. ad lit. cap. 3. Non debemus opinari, quod serpentem sibi per quem tentaret diabolus elegerit: sed cum esset in eo decipiendi cupidus; non nisi per illud animal potuit, per quod posse permixtus est. At idem Eva suspicari non minus poterat ex verbis quibus dæmon ad tentandum est usus: Cur precepit vobis Dominus, &c. Nequaquam morte moriemini, sed eritis sicut dii, Genes. 3. vers. 1. & 4. Et non obstante scientia diuinitus infusa, Eua ab illo posse deceptam docet Paulus 1. Tim. 2. vers. 14. Et Eua ipsa, Deo interroganti cur peccasset, respondit: Serpens decepit me, Genes. 3. vers. 13.

21. Fundamento caret, quod ait Rupert. lib. 3. in Genes. cap. 2. Serpentem nullum in Paradiso fuisse, neque in loco illo voluptatis & felicitatis, & innocentia, esse debuisset: sed Eua vagando incontinenter, & deambulando, forte prospectasse qualis extra Paradisum mundus haberetur: dumque serpens dulcedine terra Paradisi propius & ambitiosus insititur, locum diabolo & occasionem tentandi percipisset. Nam Scriptura Genes. 2. vers. 15. testatur, Deum cuncta animalia de humo producta, & vniuersa volatilia, ad Adamum in Paradiso existens adduxisse, à quo iisdem nomina sua imposita: ergo & serpenti. Et ex Genes. 3. v. 3. constat arborem illius cuius fructus prohibitus, in medio Paradisi fuisse. Tentatio autem non longe ab eadem arbore facta est. Nam in progressu tentationis vidit mulier lignum, quod esset bonum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile. Genes. 3. v. 6. At Paradisus quam iurisperitum hominum habitationi destinatus, non erat tam angustus, vt è medio serpens extra fines eius existens posset à Eua conspici & audiri.

22. De specie & tempore primi peccati, tunc dissentiunt Theologi. Rupertus supra significat, peccasse primum peccato curiositatis, & incontinenter deambulando, & prospectando extra Paradisum. Alij putant in peccatum superbia aut tentationem incidisse, in cuius penam tentatio & conceptio permixta fuit: aded vt superbia vni reabras offuderit, & infidelitari viam fecerit. Verum primi parentes non sunt facile & fundamēto damnandi alicuius peccati. Scriptura verò nō tale significat. Neque facit illud Top. 4. In iurum omnis peccati superbia: quod ad peccatum Angelorum pertinere sibi diximus: & si ad Eua pertineret, non probaret illam peccasse ante tentationem serpentis inducentis illam ad desiderium nimia excellentie. Fuit sicut dicitur, superbia bonum & malum: An dicunt ad prima verba serpentis peccasse: huc per negligentiam, audaciam, aut imprudentiam, audiendo dæmonem tentantem cum periculo consensus secuti: huc, quod posuit, ad prima eius verba superbiendo, & indignando, ac detrectando Dei imperium: Cur precepit vobis Dominus, &c. Addunt alij, peccasse, saltem tunc primo cum dixit mysterium, De fructu lignorum

qua sunt in Paradiso vescimur, &c. vers. 2. Aug. quando exaggerat, velut indignabunda Dei mandatum, ne tangeremus, cum tantum vetuisset nec comedere: aut cum dubitandum addidit, ne forte moriamur: cum Deus absolute mortem interminatus esset si comederent. At hæc omnia excusari aliquo modo posse, recte ostendit Suar. lib. 4. cap. 2.

23. Omnino avæm certum est peccasse, saltem quando post illa dæmonis verba, Nequaquam moriemini, sed eritis sicut dii, non in modo turpiter mentienti, & Dei verba ad sensus tropicos detorquenti fidem habuit, iuxta illud Timoth. 2. Mulier seducta in prauaricatione fuit: sed & superbe scientiam illam & excellentiam dæmonis similem. Falso promissam, appetiit: ad eundemque finem fructum veterum attingit & eundem edit. Ad quæ duo posset, ma vitum etiam impulit. Nam etiam Adam peccato infidelitatis non peccavit, neq; Dæmoni, vt Eua, credidit, iuxta illud Pauli loco proxime citato, Adam non est seductus, nimirum propter maiorem scientiæ plenitudinem, vt ait August. lib. 2. de Genes. ad lit. cap. 42. Potuit tamen, quamvis serpenti non crederet, scientiam & excellentiam ab ipso promissam appetere, desiderando inordinate vt ita esset, ac falso promittebatur: & vt uxori satisfacere de ligno vesci. Et veluti secum reputando, aut Eua etiam sic respondendo: Vanam ita esset vt serpens pollutus est. Per lignum certe non staret, neque stabit quo minus id assequeretur. Hinc illud Dei, ironice peccatum exprobrantis v. 22. Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis, sciens bonum & malum.

24. Peccatum grauius non multum interest. Existimo cum Suare lib. 4. cap. 5. n. 10. & communi sententia, Eua simpliciter grauius peccasse (saltem suppositio quod sciret quantum locutura esset posteris Adæ peccatunus, quod ipsum induxit) peccasse, inquam, grauius simpliciter, ac pluribus peccatis: licet peccatum Adæ propius & magis per se nocuerit posteris. Neutrius tamen peccatum fuit absolute omnium grauissimum: cum & per se, & dæmonum, & Christi olores ac persecutores vsque ad mortem, mortem autem crucis, grauius peccasse probabilius sit: multique alij, saltem peccato ipsi multitudine, illos superauerunt. Fuit nihilominus graue admodum illud Adæ peccatum. Tum propter scientiæ plenitudinem, propter quam deceptus non fuit, & motiua non peccandi clare perspexit: tum etiam ob perfectam libertatem, sine passionum perturbatione & fomite peccati: tum denique propter facilitatem precepti, & ingentia Dei beneficia quibus recens affectus erat, graueque minus tentatas, & alie quæ grauiter expendit D. August. lib. 14. de Ciuit. cap. 12. & sequentibus.

25. Pœna peccato illi primorum parentum quadruplex præcipue constituta fuit, Genes. 5. v. 16. & sequentibus. Primo, multitudo dolorum & laborum ingentium. Secundo, subiectio mulieris sub viri potestate, non directiua solum, vt antea; sed etiam coactiua, &

punitiva, ob inordinationem voluntatis muliebri per peccatum inductam. Tertio, mortuorum & animarum, amissioque status innocentiae & iustitiae originalis, per privationem gratiae sanctificantis, & providentiae illius specialis, quae corpus animae perfecte subiciebat, mortique & doloribus eripiebat, aliorumque honorum supernaturalium. Quarto, eiectione Paradiso voluptatis: siue contigerit eodem die quo primi parentes fuerunt creati ut putat Irenaeus lib. 5. contra haereses. c. 23. & August. lib. 9. de Genesi ad lit. c. 4. siue altero post die, ut mansit Sares lib. 4. de opere sex dierum cap. 8. siue octavo post die, ut Perennis conuicit lib. 6. in Genesi. dist. ea de re. q. 2. Contigit quidem breui post peccatum commissum. Sed quo die peccauerint, incertum est. Est tamen minus probabile tam multa quae narrantur de Adamo & Eva Genesi. 2. & 3. ante peccatum & eiectionem, eodem ipso die primo facta esse. In quam sententiam propendit Abulen. q. 611 in c. 19. Genesi. atque nullum motuum haberi sufficientem ad incedendum primone, an potius altero post die Adam eiectione Paradiso fuerit: quantumvis in c. 3. Gen. pag. 96. lit. E, sensisset ne vna quidem die artificiali in Paradiso mansisset.

Quando eiectione Paradiso Irenaeus August. Sares Perennis

26. Non tamen sicut Angelos, sic Deus homines peccantes in aeternum abiicit & despicit: sed in spem veniam & salutis statim erexit: Tum vero illis Genesi. 3. v. 15. Ponam inimicitias inter te & mulierem, semen illius & seminum &c. Tum quia constat ex tota Genesi deinceps, & Scriptura vniuersa, non primi hominis peccatum Deum nihilominus salutis hominum studiosum, constituisse aliam viam salutis per remedium poenitentiae, & per alia media, per quae tam primi homines, quam eorum posteris saluari possent. Quae ut permaneret inter homines, curauit summo studio, etiam diu, saltem per Angelos, cum hominibus conuersando, eosque alloquendo, & eorum peccata corrigendo aperte & puniendo: statuendo etiam sanctos homines qui aliis exemplo essent, quorum opera bona laudaret, quosque beneuolentia speciali foueret, ac modis omnibus ad finem supernaturalium prouideret: ad quem primos ipsos parentes tandem peruenisse certa traditio est, adeo ut Epiphanius August. Philostr. & alii damnent erroris Encratitas id negantes, ut videtur apud Alphons. à Castro lib. 2. aduersus haereses V. Adam. Et quidem Adamum, & delicto suo fuisse eductum docet Scriptura, Sapient. 10. v. 1. & 2. vbi dicitur primus homo fuisse eductus per Dei sapientiam & delicto suo. Et immediate ante, cap. 9. vers. 4. sic dicitur: Per sapientiam sancti sunt quae uis placuerunt tibi Domine à principio. Quorum primus Adam n. meratur vers. seq. Hae illi qui primus formatus est à Deo &c. Non solet autem Scriptura ita loqui de mortuis in peccato mortali & damnatis, dicereque illos placuisse Deo.

Fuerunt ad poenitentiam & vocati, & saluari.

Castro

27.

Quaeres, utrum si primus parens seruasset

quidem praecipuum de cibo vetito, sed circa aliquod aliud mortaliter peccasset, aut venialiter; excidisset à iustitia originali, tam ipse quam posteris, id est, fuisset priuatus non tantum pura & omnimoda innocentia, quam est impossibile consistere cum villo peccato, seu mortali seu veniali: sed etiam fuisset priuatus aliis donis, quibus priuatus fuit re ipsa propter peccatum quod commisit? Respondeo primo, probabilius esse quod Adam cum omnibus posteris fuisset in iustitia originali confirmatus, ad poenitentiam nunquam peccasset, si primam illam tentationem vicisset, ut dicemus p. 48.

Secundo, dato, & non concesso, quod nihilominus peccasset, respondeo ad quaestionem propositam affirmatiue, quod peccatum mortale in quacunque alia materia: secus autem quoad veniale tantum. Ratio prima partis responsi est, quia tota iustitia originalis partim erat gratia sanctificans, & partim in illa fundabatur, ut docet D. Thom. q. 95. ar. 1. Quodlibet autem peccatum mortale destruit gratiam: & destructo fundamento, corruunt alia, quae in eo fundantur. Secunda vero pars responsi probatur, quia peccatum veniale non est dignum tanta poena, quanta est priuatio gratiae, & aliorum plurium donorum eximiorum ad iustitiam originale pertinentium. Quare si Deus permisisset Adamum labi in peccatum veniale, non propterea illum priuasset illis bonis. Probabile autem est quod ait D. Thom. 1. 2. q. 89. art. 3. Prouidentiam Dei specialem non fuisse permissuram ut primus homo peccaret venialiter quandiu abstineret à peccato mortali. Quia statuerat Deus datum illum integrum & illatum seruare, quandiu homo per peccatum mortale non auerteretur à suo fine ultimo.

Excidisset Adam à iustitia originali si commisset aliud peccatum mortale non si veniale tantum. Dicitur hom.

Quaeres secundo, an necessarium fuerit pactum cum Adamo, vel eius consensus aut notitia, ut ipsius peccatum non esset posteris, & omnes in ipso censurerentur peccasse?

Respondeo & dico primo, pactum non fuisse necessarium. Quia potuit Deus, sine pacto, & sine etiam sine Adams consentu, vel notitia, ipsum constituere caput omnium posterorum, ita ut peccatum ad omnes pertineret mortaliter, ut propter illud futuri essent Deo exosi, & poenitentia originalis iustitia: quemadmodum propter ipsius obedientiam, & originem ab illo, fuissent omnes Deo grati & iusti. Nam Deus non neguit Adae consensu ut hoc insisteret, non magis quam consensu posterorum. Et in eo constituendo sine ipsius aut posterorum consensu, nulla fuisset iniquitas vel inaequitas.

28. necessarium pactum Deo cum Adamo: sed sufficit notitia, ut eius peccatum transferretur in posteros.

Dico secundo, fuisse tamen necessarium ex parte Dei plus quam simplex praecipuum. Pars, quia si simplex & nudum praecipuum fuisset; Adams transgressio non magis infectis posteris, quam peccatum Caini v. g. infecti Enoch, & alios ab ipso descendentes. Quare ut peccatum Adae posset imputari posteris, debuit esse plus quam praecipuum.

nempe constitutio Adami in caput omnium posterorum. In quo ipsorum voluntates moraliter continerentur. Sicut autem homines possunt suo consensu vnum quempiam in caput suum eligere? & suas in eo voluntates constituere, ita ut ratum habeant id quod ipse fecerit aut constituerit, & omnes in ipso contrahant ius aut debitum aliquod: sic Deus, qui omnium voluntatum est Dominus, multoque plus in illis iuris habet, quam quilibet in suam, potuit voluntates posterorum transferre moraliter in Adamum, ipsumque in caput omnium morale constituere.

Probabilius est Deum saltem Adamo significasse suam illam constitutionem, ex qua futurum erat, ut si peccaret, ipse peccatum priuaret omnes posteros originali iustitia. Primum, quia alioquin necumerunt illud non fuisset illi imputabile, quippe non praesens: ideoque illius peccatum non fuisset grauius ea ex parte, quod est contra communem sensum Theologorum & Patrum. Secundum, quia conueniens erat illi reuerari, ut redderetur cautior & sollicitior ad seruandum preceptum. Tertium, quia illa cognitio erat illi necessaria velut capite, ut posterorum rebus consuleret, a sua obedientia pendentibus.

Dico tertio, probabilius tamen esse Deum saltem Adamo significasse suam illam constitutionem, ex qua futurum erat, ut si peccaret, ipse peccatum priuaret omnes posteros originali iustitia. Primum, quia alioquin necumerunt illud non fuisset illi imputabile, quippe non praesens: ideoque illius peccatum non fuisset grauius ea ex parte, quod est contra communem sensum Theologorum & Patrum. Secundum, quia conueniens erat illi reuerari, ut redderetur cautior & sollicitior ad seruandum preceptum. Tertium, quia illa cognitio erat illi necessaria velut capite, ut posterorum rebus consuleret, a sua obedientia pendentibus.

SECTIO III.

Qualis fuisset hominum status, si primi parentes non peccassent?

31. D. Thom. In statu innocentiae fuissent homines propagati per naturalem generationem.

Hac de re D. Thom. ad q. 94. ad 102. Certum autem est primum quamuis Adamus non peccasset, humanum genus in plurima indiuidua multiplicandum fuisse: propter illud a Deo dictum in statu innocentiae: Crescite & multiplicamini & replete terram. Genes. i. v. 28. Nec obest quod futuri erant homines immortales, ut paulo post dicimus. Nam multiplicatio indiuiduorum non intenditur tantum propter ipsorum corruptionem, sed etiam propter speciei perfectionem & pulchritudinem. Haec autem multiplicatio non a Deo immediate, ut antiquorum Patrum quidam existimauerunt, sed per naturalem generationem, marisque & feminae coniunctionem facta fuisse. Quod indicant verba praedicta: Crescite & multiplicamini &c. itemque illud Ada, ante peccatum, Hoc nunc os ex osibus meis &c. quae motum relinquit homo haurit in suum & matrem, & adheret uxori suae: & erunt duo in carne una, Genes. 2. v. 23. & 24. Quibus verbis coniugium significari testatur Paulus ad Ephes. 5. v. 31. Etiam quoque vsus, ut docent Alexander III. cap. 2. de conuersione conjugatorum, Benedictus Papa 6. Lex diuina 27. q. 2. & Augustinus, Gregorius, alique Patres reperiuntur a Suarez lib. 5. de opere sex dierum, cap. 2. num. 9. Adde quod, cum naturale sit hominibus, ut vnus ab alio propagetur per generationem: non fuit cur non seruaretur ille modus? qui alioquin salua illius status perfectione seruari potuit, semotis excessibus libidinis in copula, doloribus in partu, & similibus imperfectionibus.

Beccan. in tract. de homine c. 5. conclus. 5. putat in statu innocentiae mares & feminas pari numero nascituros fuisse: quod etiam docet S. Thom. q. 99. art. 2. ad 3. Ratio Beccan. est: quia in illo statu omnes fuissent in matrimonio: & vni tantum fuisset vnus viri vxor: ergo fuissent pares numero viri & feminae. Si obicitur virginitatem esse laudabiliorem matrimonio: Ergo cum in hoc statu sint aliqui virgines: multo magis fuissent aliqui in statu innocentiae, cum ille status sit perfectior. Respondet, matrimonium in statu innocentiae nullam habiturum turpitudinem, ideoque laudabilis futurum.

At haec opinio per se diuinatoria falso nititur fundamento. Nam etiam in statu innocentiae locum habuisset ratio, propter quam nunc peccatum est, atque etiam melius, a matrimonio abstinere, & virginitatem amplecti. Multiplicatio scilicet humani generis, aliu de sufficienti: & commoditas vacandi liberius contemplationi & obsequio Dei. Quamuis enim coniugium in statu innocentiae liberum fuisset ab inordinatione qua nunc est: non tamen vacasset cura rei familiaris, com- placentiae coniugis, educationis liberorum, & similibus, quae mentem in plura distracta impediissent, ne tanto opere in Dei amorem & contemplationem rerum intenderet. Quare etiam tunc locum habuisset illud Apostoli I. ad Cor. 7. Mulier innupta est: Virgo cogitat quae Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Quae autem nupta est: cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat viro. Et paulo post dicit hominem coniugatum cogitare similiter quomodo placeat uxori, & diuinus esse. Potuisset ergo tunc eligi virginitas, ut homo ab huiusmodi curis abstractus, posset liberius perfectiusque Deo & vitae spirituali totus incumbere. Sancti quoque Patres virginitatem statui innocentiae conuenientissimam, & quandiu ille sterit, seruatae frequenter affirmant: ut inter alios D. Augustin. lib. 9. de Genes. ad lit. cap. 4. Quare magis probabilis est quod Suarez lib. 5. cap. 2. num. 12. alique tradunt, non paucos re ipsa virginitatem seruatuos fuisse: tum propter amorem maioris perfectionis, & vitae spiritualis liberioris: tum propter naturalem hominum conditionem, quibus velut ingentum est ad varios viuendi modos & officia inclinari: tum ob diuersitatem donorum gratiae: haec enim varietas status, etiam tunc, ad pulchritudinem Ecclesiae militantis & triumphantis pertinuisset. Denique Christus, etiam Adamo non peccante venturus vi praesentis decreti, ut ostendimus suo loco, virgo tamen futurus erat, & ex virgine nasciturus. Cuius exemplo alios quoque multos virginitatem amplexturos fuisse, plus quam probabile videtur.

32. Beccan. D. Thom.

Seruatae aliqui virginitatem

Augusti. Suarez

Alexand. Bened.

33. Non omnes iidem qui nunc, in statu innocentiæ nascituros fuisse non dubito: quia quid nonnulli, ob falsas suppositiones, & opinioniones suas, de prædestinatione, dicant. Nam in statu innocentiæ non fuissent futuri adulteri, fornicationes, incestus, sacrilegia, sine quibus multi non essent nati. Ut omittam secundas dupcias in statu isto frequentissimas, quas multi penitus remouent ab illo statu. Et certè multæ, quæ nunc sunt non sunt innocentiæ, à statu illo sunt reuoluenda. Imò nihil indecens admisisset homines in illo statu, si verum est id quod probabilius esse dicemus inferius num. 48. futurum fuisse vti Adam non peccasset, & primam illam tentationem vicisset, ipse & posterii omnes confirmarentur in gratia & iustitia originali. An verò plures nunc nascantur, quam tunc nascituri fuissent, nullo potest fundamento definiti.

34. Quomodo tunc genita? qualis?

Secundò, certum est in statu innocentiæ fuisse prolem generandam cum corpore omnibus suis partibus ac membris constante, iuxta exigentiam sexus: itemque cum omnibus facultatibus ac sensibus interioribus, & cum debita proportione, dispositione, colore, figura, ac pulchritudine corporali, quæ inde confurgit. Quamquam hæc omnia non fuissent in omnibus æqualia. Quia non omnes eam concurrentes ad cuiusque generationem, fuissent eadem, aut æqualis virtutis. Hæc tamen varietas & inæqualitas fuisset tota intra latitudinem perfectionis naturalis, ac conuenientem habitudinem humani corporis sufficientem, extra pœnalem vllam imperfectionem, vt docet D. Thom. q. 96. art. 3. In eodem quoque indiuiduo magna fuisset varietas, pro ætatis diuersitate, & vario ciborum vsu, aliisque de causis. Neque enim homines in statu innocentiæ nati fuissent vel geniti cum integra & virili statura, quod naturaliter impossibile est, tale autem miraculum non fuit reuelatum: sed tenelli & paruuli. Vnde nec habuissent initio generationis eandem temperiem, & robur ac firmitatem membrorum, quam in virili ætate habere solent. Nec statim ambulare, loqui, currere, & similia potuissent: sed tantum illa quæ illi ætati conueniunt, vt lac sugere, manum & pedem infantiliter mouere, &c. Neque etiam statim rationis vsum habuissent, quippe qui pendet ab vsu phantasiæ alio modo dispositæ & affectæ, quam in statu infantium connaturalis postulat, ob nimiam cerebri humiditatem. Sapienter enim D. Thom. q. 99. art. 1. Es, inquit, quæ sunt supra naturam sola fide tenemus. Quod autem credimus, auctoritati debemus. Vnde in omnibus quæ de statu innocentiæ asserimus, sequi debemus naturam rerum, præter ea quæ auctoritate diuina traduntur, quæ sunt supra naturam. Nusquam autem traditur homines vel in statu virili, vel cum vsu rationis fuisse generandos: & naturale est aliter generari. Ergo &c.

D. Thom.

35.

Eandemque ob causam idem S. Doctor q.

not. art. 1. Caietan. & alii interpretes ibidem, Valent. disp. 7. q. 5. puad. 3. asserunt. Vt, Suar. lib. 5. cap. 8. & alii censent, infantes in statu innocentiæ non fuisse habituros scientias naturales infusas, sed illas paulatim acquiruturos. Neque obiciant scientias illas pertinere ad iustitiam originalem, in qua instantes concipiendi erant tunc temporis: sicuti nunc concipiuntur in peccato originali. Respondet enim non pertinere primò & essentialiter ad iustitiam originalem, sed tantum secundò, & ad quoddam illius complementum. Ad illam enim per se primò sufficiebant virtutes sup. naturales in ista intellectu & voluntati, fides, spes, charitas, prudentia, & alie virtutes morales super naturales, cum qualitibus propriis subicientibus appetitum rationi, in quibus specialiter Dei prouidentia, & protectio, quæ etiam à morte aliisque corporis incommodis præseruaret. Puerum tamen infusis primis parentibus, vt supra diximus, omnes scientias naturales: tum ad maiorem perfectionem iustitiæ originalis: tum etiam quia in statu virili creati fuerat, vt iam tunc leuitos & mundum regere inciperet.

D. Thom. Caiet. Valentia. Suares.

Acquisissent infantes paucim scientias naturales.

36.

Propter eandem causam sentio cum Suarez ibidem num. 23. infantes non habituros fuisse ab initio virtutes naturales infusas per accidens. Quia talis modus habendi virtutes naturales est supernaturalis: ideòque non est sine auctoritate asserendus. Habemus autem affectum in infantibus specialem Dei prouidentiam, quæ ab omni motu inordinato, indignoque statu innocentiæ, fuissent præseruati. Et quando ad vsu rationis perueniunt, maxima eum facilitate scientias & virtutes naturales, quæ maiorum doctrina & exemplis, quæ industria propria acquirunt: & specialiter Dei protectio fuissent ab errore omni & vitioso affectu motuque præseruari, inter ad dum scientias & virtutes acquirerent. Summa verò facilitas acquirendi scientias & virtutes naturales, orta fuisset tum ex auxiliis Dei specialibus: tum ex optima indole, seu complexione & dispositione corporis, ac propensione ad scientiam & virtutes, carentiaque impedimentorum, & affectuum contrariorum.

Idem dicendum de virtutibus naturalibus.

37.

Superioribus quæ diximus de infanti non obest D. August. lib. 1. de peccator. meritis cap. 37 & 38. Nam vt exponit D. Thom. q. 99. artic. 1. ad 1. loquitur Augustin. de infirmitate paruulorum, quæ nunc est cum pueri iuxta se iacentibus mamma magis possunt surientes flere, quam sugere. Capere autem 36. aut quædam mentis tenebras & ignorantiam esse peccati peccati: sed intelligendus est non de omni ignorantia, seu carentia cognitionis, potest enim ad quæ esse ista conditio natura, etiam bene instituta, vt illa de qua loquimur, sed de ignorantia qualis nunc est, cum tanta indocilitate, & facilitate errandi. Neque potest ratio Adam, à Deo ipso, cuius perfecta sunt opera, impedire conditi in statu virili, constititque in

August. D. Thom.

Caput & rectorem vniuersi. Non est etiam par ratio infantia & senectutis, cuius debilitate cuiusque incommodis vacasset status innocens. Hæc enim vergit ad corruptionem: ideoque à statu innocentia incorruptibili & immortalis remoueri debuisset. Secus infantia & pueritia tédens ad pfectuonem, vt rectè ait D. Thom. art. cit. ad 3.

38.

Fuissent nunc eius carni?

Iam vt naturaliter procreati fuissent homines in statu infantili: sic naturali modo ad gloriam & pfectissimè in statu virili & pfecto: via scilicet naturali aggenerationis, & nutritionis: vt in doctis proportionatis, de quibus queri solet, an non etiam carni? Negant communiter Sancti Patres & Theologi: quia videtur Deus determinasse tunc ad usum fructuum terræ, & herbarum, & arborum, Genes. 1. v. 29. cum dixit: *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem spinem super terram: & vniuersa ligna que habent in se seminem generis sui, vt sint vobis in escam.* Quam determinationem sustulit Genes. 9. v. 3. concedens post diluuium specialiter carnium: *Omne quod mouetur & uiuit, erit vobis in cibum: & quasi olera virentia dedi vobis omnia.* Quasi diceret Deus: Hactenus sola olera virentia vobis concesseram; nunc etiam animalia. Sed hæc prohibitionem diuinam non satis ostendunt.

39.

Nam superior loco Deus simili modo & eodem tenore verborum subiicit, se dare omnem herbam in cibum brutis animalibus: quarum plerisque natura sua carniuoris, & inter se inimicis, miraculose negaturum fuisse Deum etiam carnium, felibus v. g. murium, lapis oñium, auibus muscarum, parum probabile est, & ad Thom. q. 96. art. 1. ad 2. omnino in ratione censetur. Quare sicut respectu brutorum, verba illa non continent limitationem ad herbas & olera, & prohibitionem carnium: ita neque respectu hominum. Posteriora autem verba relata ex Genes. 9. posuerunt tunc non ad tollendam prohibitionem, quæ antea non fuit: sed ad commemorandum Dei beneficium, quod non obstantibus prioribus peccatis, firmum manere declarabat. Sicut ibidem etiam confirmat id quod Genes. 1. dixerat v. 28. *Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Vel vult Deum per eiusmodi verba docere homines, eum carnium fore impossibile magis necessarium, propter naturalem debilitatem, tum hominum, tum herbarum & arborum, ac terræ ipsius aquis diluuii debilitata & corrupta, atque in carnes in cibum deinceps ordinatum designare. Quare cum neque prohibentia diuina continer, neque usus carniuoris per se sit malus, & naturaliter homines eius habeant vt brutis animalibus in cibum uti possint: non est improbabile etiam carnium in statu innocentia aliquando futurum fuisse: etiam non erat necessarius, ob præstantiam naturam, & vigorem fructuum illius status felicissimi. Neque indecentia in captandis venatione fens vel apibus, aut in nutriendis domesticis

animalibus, vel parandis eorum carnibus ulla est: curiositas, superfluitas, studium voluptatis nimia, & alii gustus excessus præcitantur. Fatior tamen in statu innocentia carnium usum non ita frequentem futurum. Vt neque etiam fuit ante diluuium. Quot tamen tẽpore parum probabile est quod multi dicunt, homines, saltẽm Deum timentes, herbas tantum & olera edisse. Nam Genes. 4. v. 2. Ab eo inducitur pascens ouium greges, quorum saltem lacte vesceratur, ac proinde non herbas tantum & oleribus.

Tertio, certum quoque est in statu illo homines futuros immortales & in æternum fuisse mansuros. Iuxta illud Sap. 1. v. 13. *Deus mortem non fecit: Et cap. 2. v. 23. Deus creauit hominem inextinguibilem, inuidia autem diaboli introiit in orbem terrarum.* Roman. 5. v. 12. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors.* Vbi satis explicat Apostolus comminationem factam Genes. 2. v. 17. intelligendam esse de morte corporali, quæ sine peccato in mundum non intrasset. Et cap. 8. v. 10. eadem confirmat dicens: *Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus v. g. qui uiuit propter iustificationem.* Et Concil. Militan. can. 1. sic definit: *Qui dixerit Adam primum hominem mortalem factum, ita vt sine peccato, sine non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate nature, anathema sit.* Idem tradunt Arausic. II. can. 1. & Trident. sess. 5. can. 1. & sancti Patres Chrysost. homil. 18. in Genes. August. lib. de hæresib. hæres. 88. ubi contrariam tenentem hæresim damnat in Pelagianis: Gregor. lib. 4. Moral. cap. 26. Cyrill. lib. 1. in Ioan. cap. 17. alique plures quos refert Suarez lib. 3. cap. 14. Hanc autem immortalitatem assecuti fuissent partim beneficii illius vitæ, vt colligitur ex Genes. 3. v. 22. cuius scilicet ligni fructus medicinæ humidum radicale, quod paulatim consumitur, pfectè reparasset, & identidem sumptus restitueret illud in integrum: partim etiam speciali prouidentia Dei, quæ homines à læsione per violentiam ab extrinseco agente, per vultura, verbera, præcipationem ex alto, adustionem, & alia mortis inferendæ capacia, mirabiliter conseruasset: adiuncta etiam propria ipsorum ratione, per quam nocua plurima vitare potuissent, vt docet Suarez Thom. q. 97. art. 4. Vnde collige immortalitatem istam non fuisse homini naturalem & ab intrinseco (nam parius ab intrinseco mortalis erat, ob pugnam qualitatem consensuam quibus constat naturale ipsius temperamentum) nec sine Dei beneficio speciali, quod latè gratia dici potest: iuxta illud D. Augustini lib. 6. de Genesi ad Angul. lit. cap. 25. *Mortalis erat conditione corporis animalis: immortalis autem beneficio conditoris.* Ideoque merito Pius V. & Gregor. XIII. damnarunt hunc articulum Michaelis Baji: *Immortalitas primi hominis non erat gratiæ beneficium, sed naturalis conditio.*

MARTINI
NEUS
DE J. P. P.
D. M. J.

Fuissent homines immortales?

Militan.

Arausic. Tr. gene. Chrysost. August.

Cyrril. Suarez.

Angul.

41. Pars inferior fuisse Dei beneficio parte de subiecta superiori.

Ad gratiam quoque & diuinum beneficium pertinebat perfecta illa subiectio corporis ac animam, partisque inferioris & sensitivae ad superiorem & rationalem. Etenim homini connaturale est, ut constet diuersis facultatibus, voluntate rationali & appetitu sensitivo: & que eius cognitio incipiat a sensu, & appetitus sensitivus naturaliter moueatur ab objectis sensu perceptis. Nec quidem illi debetur naturaliter quod immediatè appetitum sensitivum, ne praeueat vltimam rationis, aut vehementer accendatur erga bona sensibilia: Vnde oritur repugnantia inter appetitum & rationem, de qua Paulus ad Roman. 7. v. 25. & sequens. Quam repugnantiam homini esse naturalem agnoscit D. Thom. q. 95. art. 1. & confirmat ex Dionys. cap. 4. de diuinis nominibus. Et quidem si hæc inordinatio non esset nobis naturalis, ergo esset specialiter à Deo procurata in peccatum. At dedecet Deum esse specialiter auctorem huius inordinationis, & aliter, quam per ablationem gratiae, suaeque prouidentiae specialis. Quod confirmari potest efficaciter ex Iacobi 1. v. 13. & 14. hæc duo opponentis, Neminem tentari à Deo, sed à concupiscentia. Quæ oppositio non est à bona, si concupiscentia esset specialiter à Deo procurata. Denique opinio contraria videtur reprobata inter propositiones Michaëlis Bajii, art. 27. in Bulla Rij V. & Gregorij XIII. quam refert Suar. tom. 1. de grat. prolegom. 6. cap. 2. Cuius articuli verba hæc erant: *Integritas primæ creationis non fuit in uita natura humana exaltatio, sed naturalis eius conditio.*

D. Thom. Dionys.

Suar.

42.

Quid verò esset illud donum in homine præter prouidentiam specialem extrinsecam, non est difficile intelligere. Paterat enim esse bona dispositio quædam & temperies, per quam sensus & facultates animæ sensitivæ bene se habuissent. Cuius similitudo aliqua in illis apparet, qui natura sua sunt aliis multo moderatiores, temperiemque & complexionem corporis, virtuti & rationi minus repugnantem habent.

43.

Mortis immunitas erat valde conueniens animæ rationali.

Sed licet mortis immunitas non sit homini naturaliter debita, neque illa dispositio vel temperies, quæ somitem & morum concupiscentiæ prorsus extingueret, erat tamè valde conueniens animæ rationali, quæ natura sua est immortalis, ut haberet compositum immortale. Nam ipsa est propter compositum; & nisi compositum sit immortale, non potest ipsa semper habere statum sibi conuenientem. Deum naturaliter sit forma. Quemadmodum verò anima conuenienter haberet corpus immortalis: sic illi conueniret habere corpus ita dispositum, ut ei facile obsequeretur, iuuaretque in ordine ad functiones partis superioris. Præterea cum propter hominem sint aliæ corporeæ substantiæ, consentaneum est earum fini, ut eam haberent dispositionem, & eos concursus ac coincidentias, quæ per se homini prodesse non nocerent. Ac sine dubio multo melior

et favorabilior fuisset tunc humani corporis constitutio, & rerum dispositio. Nunc enim ut Trident. ait sess. 5. can. 1. & 2. Homo propter præuocationem in deterius mutatus fuit secundum animam, & secundum corpus: & cum peccato pœnas in posteros transfudit.

In eodem statu habuissent homines multo perfectius dominium in cætera animalia, quam nunc habent. Licet enim dominium in ceteras animantes sit naturale homini, & hoc etiam post peccatum retinuerit, quippe fundatum in conditione naturali hominis ad imaginem Dei, quam adhuc retinet, iuxta illud Genes. 1. v. 26. *Faciemus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præstet piscibus maris &c.* Confirmaturque ex ipso vsu, à Deo nusquam reprehenso, sed approbato atque laudato Genes. 9. v. 2. & Iacobi 3. v. 7. *Omnis natura bestiarum, voluorum & serpentium, & cæterorum, domantur, & domita sunt à natura humana &c.* omniâque arte & industria humana vincuntur: & alia quidem pro suo captu instruuntur, ut nodis sesulant, alia nostros in vsu deciduntur, aut ne nobis, vel aliis noceant. Maiore tamen difficultate hæc nunc fiunt, quam in statu innocentie. Maior enim tunc fuisset terror & reuerentia animalium erga hominem. Nunc autem ut rectè ait D. Thom. q. 96. art. 1. Inobediencia ad hominem eorum quæ eidem essent subiecta, subsecuta est in pœnâ eius, quod ipse fuit inobediens Deo. Vique inferior appetitus, qui tunc fuisset planè subiectus rationi, rebellis nunc est, & difficile regitur: Sic bruta animantes.

44.

Maius tunc fuisset dominium hominis in cætera animalia.

D. Thom.

Ex dominio hominis in animalia colligitur fortiori dominium in plantas, & alia sublunaria inferiora eis & ignobiliora: non per imperium, cuius sunt incapacia: sed per vsu, quippe quibus utendi ins habent naturaliter, ut addit S. Thom. art. 2. q. cit. Fuisset etiam inter homines ipso admodum aliquorum in alios: non tyrannicum vel ferule, ad propriam tyranni aut domini utilitatem dumtaxat ordinatum: sed politicum & civile, tendens ad proprium eius, cui dominantur, bonum, vel ad bonum commune, ut eodem S. Doctor addit art. 4. Fuisset etiam inter homines societas, & communitas cum subordinatione & subiectione politica, qualis sunt Angelos, quorum status perfectior est: sicra tyrannidem tamen, & subiectionem ferule, talem statum dedecorent. Et quidem societas de se appetibilis est homini natura sua sociabilis. Cumque in isto statu non omnes fuerunt æquales scientiâ, virtute, experientiâ, & industriâ: par fuisset inferioribus ab aliis regi. Nec dubitandum quin illo in statu filii fuissent parentibus subiecti, & vxores viris. Præter domesticam verò societatem, & subiectionem illam naturaliter ortam ex statu matrimonii, fuisset quoque communitas politica, pagorum, ciuitatum, regnorum, in temporalibus & spiritualibus. Socialis autem vita multorum esse non potest.

45.

Fuisset dominium eius inter homines.

set, nisi aliquis prefficeret, qui ad bonum commune tenderet. Multi enim per se intendunt ad multa: vnus vero ad vnum. Et quādo cūque multa ordinantur ad vnum, semper inuenitur vnum vt principale & dirigens, inquit D. Thom. art. cit.

46.

Vita fuit partim contemplatiua, partim actiua.

Denique vita in illo statu, licet maior ex parte contemplatiua fuisset: non tamen purè, sed mixta cum aliqua moderata actione statui illi conueniente, iuxta illud Genes. 2. v. 15. *Posuit Deus hominem in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum* Ita vt anima meliorem quidem partem haberet, & ei creaturarum contemplatione in vniuersis fructus: & amem corpus conuenienti exercitio non careret, agriculturæ & cæteris artibus moderatè incumbens, præsertim liberalibus, quæ simul & intellectum perficiunt, & externam actionem moderatam ac facilem habent, honestamque delectationem. Hucusque de naturali propagatione, conseruatione, vitæque genere.

47.

Omnes na. creantur in statu gratiæ

Iam quod attingit ad iustificationem & glorificationem, constat omnes in gratia & iustitia originali nascituros fuisse, vt docet S. Thom. q. 100. art. 1. & insinuat Paulus ad Rom. 5. v. 12. & ad Ephes. 4. v. 24. definiturque expressè in Concilio Arausican. II. can. 2. & 3. & 4. & 5. can. 2. affirmantibus Admum peccando non sibi tantum, sed nobis etiam sanctitatem, quam acceperat, perdidisse: & eius loco peccatum, quod mors est animæ, in posterum transfundere. Ratio D. Thomæ supra cit. est, quia iustitia originali data erat Admo velut donum teius naturæ, quod in omnes posteros per propagationem transfunderet.

48.

Fuisset status confirmatus in gratia, si Adam visisset vitam æternam, & non esset in statu peccati.

Probabilis quoque mihi videtur, quod si Adamus primam illam tentationem viceret, tum ipse, tum posteri omnes, in gratia confirmati fuissent: ideoque omnes electi & salui tandem futuri: vt diserte docet S. Anselm. lib. 2. *de deo et homine*, cap. 13. postmodum fauente S. Gregor. lib. 4. moral. c. 26. & alii à S. Thome relati lib. 5. cap. 9. num. 1. & 2. Licet enim id non sit reuelatum, neque ex reuelatis deduci possit: oppositam tamen in commodis & perplexitatibus proximè est, vt multo minus probabile iudicari debeat. Quid enim, g. peccatores illi? Nomen quissit per peccatum originale iusti: à mortales fierent, & extra paradysum, in perpetua stultitia, procul à ligno vitæ amandarentur? Quid ergo si maritus peccaret, non vxor: aut mater paruuli innocenti? An non eiusmodi separationes fierent, cum incommode & per turbatione animæ, innocentium feliciter statum edecente? Adde quod Deus pronior est ad bonum, quam ad malum inferendum. Ergo sicut iustitiam originalem subiecit illi peccato Adam irreuerentibus: sic illius conseruationem & confirmacionem subiecit bono actui opposito, & Deo obtemperanti. Et hoc probabile

cenfer Aegidius Coninck tom. 1. de Sacram. q. 61. num. 11. in fine: quum quoque affirmant Gabriel & Maior in 2. dist. 20. Scot. vero ibidem q. 1. cenfer Adamum, si primam tentationem vicisset, fuisse statim in gratia confirmatum: similiterque vnumquemque post Actum, deiecit, prima tentatione sibi oblata. Nec obest D. Augustin. lib. 14. de ciuit. cap. 10. vbi ait, felicem vnusquam humanam societatem futuram fuisse, si nec primi homines malum quod in alios tralicerent, nec quisquam eorum stirpe iniquitatem committeret, quæ damnationem reciperet. Hæc enim verba in sensu copulatiuo & consequenti intelligi facile possunt; non autem necessaria in sensu diuiso vel opposito.

Contine Gabr. art. 2. conclus. Maior. Scot.

August.

Hinc collige, plures in statu illi saluandos, quam in isto. Cùmque alioqui tempus viæ illius status longius futurum esset probabiliter, quam vix istius: & homines ab impedimentis virtutum exercendarum essent liberi: probabilius est sanctificationem & iustitiam illius status maiorem fuisse futuram eorum, saltem loquendo de illa quæ per opus operantis acquiritur. Neque obstant verba Christi Ioan. 10. *Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant* Quia vel in illis nulla fit comparatio, vt Maldonatus vult. Vel non fit saltem comparatio inter status innocentie, & naturæ lapsæ, de quibus nulla ibi mentio fuerat. Sed vel inter statum Ecclesiæ post Christi aduentum, & ante illum: vel inter statum viæ & patrie: vel inter diuersos status eorumdem hominum iustorum ac viatorum. Nam Christus venit vt vitam gratiæ haberent per iustificationem: & in illa crescerent, & abundantius haberent, bene per illam operando, vt exponit Suarez lib. 5. c. 11. n. 4.

Plures saluati forent, quam nunc, & maiorem gloriam adepturi.

50.

Quantum autem præcisè futurum erat tempus viæ, definitur nequit. Probabile est in omnibus futurum æquale, vt in Angelis. Quo emenso ad terminum, qui viæ finis est, id est, ad celestem gloriam, gratiæ viæ proportionatam, corpore & animo transfati essent; cum nullum esset impedimentum, aut causa vterius differendi beatitudinæ tum animæ, tum corporis. Quæ ad modum sanctorum Angelis viæ finitæ, collata fuit statim beatitudo propter eadæ causam. Sunt quidem qui exhibent non plures in statu innocentie saluandos, neque alios quàm nunc, neque in alio gradu gloriæ. Sed ex falso fundamento, quod Deus ante præuisionem operum absolute & efficaciter prædestinatos omnes elegerit, & alios negatiue reprobauerit: quod decretum firmum maneat non obstante lapsu in statu innocentie. Verùm hæc sententia vel eo ipso improbabilis redditur, & alibi fuit à nobis refutata. Hactenus igitur de creatione hominis & statu innocentie, de qua tota prima parte Summæ Theologicæ ad maiorem Dei gloriam dictum sit.

Vix tempus longum fuisset & æquale pro omnibus, quo finito statim fuisset beati.

FINIS